

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiae, 1766**

LIB. II. TIT. II. Quod Quisque Juris.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9044**

## QUOD QUISQUE JURIS.

Q.v. I. An poena hujus editi transeat ad haeredes?

Laut. p. AFFIRM. L. 3. §. 5. h. ibi: Sed etiam haeredi ejus.

28. verb. Ob. J. Quod poenæ prætoriæ non dentur contra haeredes, L. 31. O. aceorum A. ibique Dd. L. 9. §. 1. quod falso tut. L. 9. §. f. reb. aut. jud. Actio autem ex hoc edito est poenalis præatoria. L. 3. §. 5. h.

RESP. Regula illa vera est de poenis, quæ propter solum dolum, adeoque unice contra personam dantur: sed hæc poena non afficit solani personam ejus qui jus novum impetrat, sed cohæret v. g. actionibus, quas impetrans jus iniquum contra alios forte intentare potest: Uti ergo actiones illæ transeunt ad haeredes, ita & poena quæ actionibus illis cohæret, d. l. 3. §. 5. L. 68. R. F. Quin hæc causa est, cur poena quoque ad fidejussores, si accedunt negotiis quibus privilegium illud poenale cohæret, pertineat; d. l. 3. §. 3.

Aliter RESP. Bus. ad d. l. 3. §. 5. Aliter Brunn. ff. ad d. l. 3.

Q.v. II. Quis hodie hujus editi fit usus?

RESP. I. Si Magistratus jus novum & iniquum cum effectu atque dolose statuit, ipse eodem jure hodieque uti debet, Dd. ad L. 1. h. t. Ac præterea olim varie puniebatur, L. f. C. de pœn. jud. Hodie concurrit poena arbitraria ex Syndicatu. O. C. p. 3. t. 53. §. 1.

Ex quibus sequitur, magistratum nec hodie teneri ex hoc edito, si per imperitiam assessoris iniquum jus statuerit, L. 2. h. quia dolus cessat. Sed tum ex quasi delicto tenetur, ac litem suam facere dicitur, pr. Inst. de obl. quae quaf. ex del. hodieque O. C. p. 3. t. 53. §. 5. Hyp. Dn. Par. tit. obl. quae quaf. ex del. §. 1. Bus. ad d. l. 2.

NOT. Utilis quoque actio ex hoc edito datur contra JCTos qui causa rite proposita dolose consuluerunt, Bus. ad d. l. 2. Brunn. ibid. Si vero per imprudentiam, tenentur itidem ex quasi delicto, quia publice peritiam profitentur. Diß. Hyp. Phil. Us. præf. Inst. L. 4. Ecl. 39.

II. Quoties civitas, vel privatus aliquis jus novum iniquum impetrat, vel eo uitetur, etiam contra se idem jus admittere tenetur: L. 3. pr. seq. h. Uſus ejus hodieque non tantum inter Gentes est,

nam



nam Galli, Angli &c. ab hereditatibus Germaniae excludi justè possunt, quia Germani in Gallia & Anglia excluduntur. Brunn. ad L. 3. ff. h. n. 6. & n. 8. Sed & inter privatos: Adeoque cum in aliquo loco obtinet Gerada, census emigrationis vel detractionis, usuræ ultra quincunes, decimæ, arresta &c. civis ejus loci, si in alio loco hereditatem petit, aut ibi ad decimas, usuras &c. tenetur, eodem juri uti debet, licet alias jura illa ibi non obtinerent. Idque exemplis docet Brunn. d. I. Illust. Dn. Stryk. U. M. h. §. 2. seq. Dn. Pagenst. I. Sicil. §. 41. Bechm. Ex. I. n. 66.

Æquitas hujus editi consistit in jure illo talionis, quo quis tantum pati debet ac ipse agit, quod Gentibus adeo celebre fuit atque jus Rhadamanthi vocatur, & in Sacra Scriptura quoque passim commendatur: Vid. Grot. L. 2. t. 20. §. 1. n. 2.

## LIB. II. TIT. III.

## SI QUI JUS DICENTI ETC.

Qv. I. *An haec actio sit popularis?*

**N**E G. Nam jus saltem judicis hic est, quod non comparendo vio. Laut. p. lat, adeoque cum ejus saltim intersit, ei quoque soli datur actio. 28. verb. Hinc in L. un. pr. h. dicitur, *quod Magistratibus concessum sit jurisdictio popularis;* nem SUAM defendere pœnali judicio; Populi autem nullo modo intersit, quid enim ad reliquos cives pertinet, quod Titius nolit comparere: Conf. L. 1. de popul. act.

Hinc etiam haec actio datur ad id quanti ea res est, L. un. §. 4. h. i. e. quanti est offendio & contemnitus magistratus, nam de injuria magistrati illata, hic queritur. Brunn. parat. W. h. q. 2. Laut. p. 29. pr. Brunn. ff. h. n. 2.

Qv. II. *An haec actio tantum detur contra eos qui majoribus magistratibus non obtemperunt?*

**N**E G. Sed & contra eos qui minorum magistratum jurisdictionem Laut. p. violent. L. un. pr. ibi omnibus magistratibus h. t. Nam ratio quo- 28. verb. que generalis est d. I. un. pr. *quod magistratibus concessum sit jurisdictio Majorum & minorium suam defendere pœnali judicio.* Atque ita in genere quoque con- cluditur l. 2. §. f. de jud. quod quilibet magistratus qui jurisdictionem ha- bet, jus pœnæ habeat.

OBJ.

